



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Lectori Benevolo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

LECTORI BENEVOLO.



V&M suis libris Auctores in Praefationibus captare
student, tuam meo huic operi, benigne Lector, reconciliare
potius benevolentiam deo: non iniuste queren-
tis, quod longissimo puerperio traduxerim tua vota. Ea
siquidem, in celeberrimum DIANA nomen sponte pro-
pensa, ad mei instituti rationem alicere, tam facile mihi
fuit, quam me illis satisfacere majoribus typis, ob multa & varia impedi-
menta difficile. Etenim, dum has lucubrationes, & timetri labore absolu-
tas, typis subiicio, dum pergo, tam multas, tam varia in dies impedimenta
emere, tot casuum, tot rerum male succendentiam series partui lucem in-
vidit, ut ex integro prodire non nisi post quadrigentum, quiuerit: deficien-
tibus mihi penè verbis & fronte, quibus studiolorum postulationibus satis-
facerem, exemplaria cominus & eminus, verbis & litteris flagitantium, et
iam mercatoribus ex Galliis & Hispaniis, ad copiosorem subinde messem
novo prælo multiplicanda. Piger prolixam & parum iucundam narra-
tionem artexere. Scias tamen præcipuam eius partem Typographos fa-
cere ob lubricam ipsorum fidetur, multis suauis oppugnatam auctoris,
supra operationum numerum, & prælorum sufficietiam. Et verò, quam
ingratitib[us] fuit expectatio diutissima, gratior ut spero succedit consecutio:
non solùm quia, quæ diutius desiderantur, iucundiora probantur obtenta;
sed eo præcipq[ue], quod in tantum molimine opus SEXTÆ PARTIS adie-
ctione augeri contigit, quis locis insertis.

Meorum autem laborum causam & institutum, quamvis in tanta expe-
ctatione paucis signum aperturo, initium sumendum forter ab elogio
P. DIANA, de cibus floribus hanc corollam intexui. Sed hoc ipsum,
quod ingenium & operam in eius Operibus compilandis insumpsi, maxi-
mum elogium eius est, quod tantillo ingenio præstare potui. Quicquid
dicerem, vel scriberem. Semper minus fore & suo merito, & mea de eius
doctrina sententia. Vir præterea modestissimus, quamvis omni elo-
gio maior, necessari & suspecti hominis elogium non admitteret. Satis deni-

que

LECCIO

que gloriae suo accedit nomini ex-communi Doctorum virorum plausu, verbis & scriptis honoris cam de eo mentionem habentium, quorum aliquos, quos casu inter legendum notavi, infra subiiciam. Satis porto ex quartadecima suorum operum luce, qnae in multas exemplarium myriades folo decennio multiplicata, studiosorum aviditati nondum sufficiunt. Satissime acerrimo Romanæ aulæ iudicio, in qua examini Epitco, porum præfectum, maiora in dies & honores manent. Id solum calamo permittam, quod mihi DIANA nomen in familiaribus colloquiis non semel subministravit. Evidem, Eve ipsum consideres, selectiora quæque DD. placita, in magnis voluminum sylvis, velut inter saltus & nemora, delitescentia, curiosa in dagatione prædantem, ac de luce in lucem eruentem: sive in obscura moralis perplexitatem caligine suam ad moventem plausibilis sententia facem, ac veluti in coicubia mentis nocte facile, ac utrum inter monstrantur: DIANAM vndeque dices, nunc sylvestrem, nemorosam & venaricem; nunc cælestem, luminosam, & nocturnarum caliginum propulsatricem, à superstitione vetustate cultam, & Peccatum fabulis decantatam. Neque vero eius gloriae quicquam detraho, quod inter altiores, & primæ magnitudinis, stellas non recensem. Ego enim, velto errare mathematicos puto, dum erroris sensum accusant, Lunam majorem reliquias à Sole syderibus indicantem; vel, si recte eos philosophati concedam, certè istorum magnitudinem illius splendor imminuit, dum viciniori obtutu, clariorique, res oculis obiectas distincte demonstrans, inter primarias mundi lampades, non hominibus solum, sed Deo ipso nomine clatore, me fuit recenseret. Laudo itaque sapientium virorum conatus, qui regulari, integrōe doctrinæ cursu, nec unquam ab orbita declinante, lumen velut altiores stellæ promicant in fastigio. Sed his præferendum DIANAM existimo, qui ad peculiares casus descendens, commodiore conscientiis doctrinâ, velut præsentiori radio mentis nostræ illuminat, cordisque nebulas longè lateque propellit. Quamquam vero unus, vel alter Erostratus non desuerit, qui obscurum alias nomen illustrare studuerit incendio Templi, quod DIANE nostræ meritum, & fama construxisse: hitamen sycophantæ mordaculi, cornices Dauliæ, Rhinocerotes Nasidieni, silentii, quam parsenesis, fuste dignius vapulant, dum litteratorum præcipuis genu de elephantum more flecentibus, ipsi quoque suis latratibus triumphi speciera implentibus, gloriofos in immortalitatis curru.) Peragit ursus surda DIANA suos. Sed revertamur ad Icopum. Tanti ergo viri monumenta, ut prius vulgari, & per studiosorum manus tam felici exitu circumferri coepere, desiderium omnes subiit, vt, celebriorum auctorum more, in compendium redigerentur; quod sub mole leviori faciliter, & præ manibus frequentius haberi possent. Multiplicaro quoque Tomorum numero,

multi sumptus forciidate: multi etiam Tractatus Miscellaneos sub pro-
priis materiaum titulis dispositos velle: nonnulla Resolutiones ipsas con-
nexas inter se se. Plerisque incommodum erat, eandem questionem plu-
ries repeti: quod tamen Auctori necessarium fuerat, ut si quæ opinio in
priori parte excusa oppugnata fuisset, in posteriore confirmaret; aliquas
nouis ageret inuentis, in aliis iudicium, prius suspensum, determinaret:
in aliis demum modificaret, vel superaeientibus Sacrae Congregationis
oraculis reuocaret. Commune hoc est omnibus herum doctrinarum
Scriptoribus, suas lucubrationes non simul & eodem tempore in lucem
edentibus, non solum ob ea, quæ à Veritatis interpretibus manant in dies
responsa, quibus cervicem flectere necesse est: sed ob temporum etiam,
aliorum: ne accidentium vicissitudinem, nostrique flexibilitatem ingenii,
quæ nos pro diverso temporum statu rapiunt in diversa. Quamuis au-
tem Ioannes primùm *de la Val*, dein *Mattheus Dejndt*, aliquæ paci, suam
huius lapidi in animadmoerint, ac multa compendia struxerint, illa tamen
tenua, inutila, & paucum fida: nec congruenti methodo continuata, & o-
mnino non talta, ut tam variis Lectorum placitis satisfacerent. Ex his er-
go ipsem. D I A N A consiliū inuit, sumivam suorum operum marte
proprio colligendi, ut vna omnes sui nominis studiosos voti compotes fa-
ceret. Sed obstiterunt grania & quo diana negotia & studia, quæ illum
præingeniti aptitudine & sufficiētia occupare non desinunt, suum quo-
que scribendi genus successivis lucubrationib⁹ us prosequentem. Etsi porro
non defessent, quibus id negotium committere potuissent, sui Ordinis viri,
petitiones & aptiores, in me tamen respicere ideo fortè sibi complacuit,
quia inter paucos agnouit, sui nominis studiosos & amatores.

Cœpi igitur opus, & absoluī. Eo quidem labore, ut herculeum facile
iudicatuſ ſis, vbi structuræ compagem, & nexus perpendes: considera-
bisque, me, vt vna omnibus morem gererem, ſex magna Volumina in v-
num coegerem, & in tanta brevitate, nec styli facilitatem oblitum, nec ali-
quid prorsus doctrinæ omilisse, quod huc non retulerim. Neque enim
singulas opiniones referre, aut quibus singulæ innituntur rationibus, quo-
ve ab Autore nomine censentur. Quid ut fideliūs prästarem, iisdem
ipſius verbis ſæpe locutus ſum, & ſemper æquivalentibus. Quid si qua in-
re varias pro temporum diversitate ſententias docuit, poſtemam appo-
ſui, cum mentione loci, in quo oppositum ſenſerat. Et ſic, quotquot loca
eandem continent doctrinam, referto, citando Partem, Tractatum & Re-
solutionem, vt ad cuiusuis editionis exemplaria recursus haberi posſet. Ne-
verò quis Magnis illis Voluminibus poſthac opus habeat, etiam ex Do-
ctoribus aliquos prius recognitos citauit, utriusque opinionis Patronos,
qui in ſtar omnium eſſent, & apud quos alii haberi poſſent. Adieciali-
quando iudicium proprium, aliquas ſententias limitauit, & in nonnullis lo-
gis.

cis novos Doctores adhibui: in iis præsertim, in quibus aliquem habemus
calumniatorem. Ne autem iniucu ad tibi lectio casuum foret, casuali
serie digestorum, materias omnes, sub proprio verbo locatas, doctrinali or-
dine disposui, & pro molis quantitate in varia membra & articulos disse-
caui, additis etiam definitionibus, explicationibus terminorum, regulis ge-
neralibus, & doctrina alicubi præmittenda ad intelligentiam dicendorum.
Et ne quid exactius optare posses, addidi in marginibus Breuiarium ita or-
dinatum, ut paucis oculorum comprehendereetur, cum sua etiam conti-
nuatione & unitate. Denique absolutum trans studio opus ad DIA-
NAM transmis, ut probaret, num genuinus parris esset, magnis suis vo-
luminibus, & publica sui nominis luce dignus. Approbavit ipse humani-
ter litteris ad me rescriptis in hunc tenorem.



32

REMITTO

EMITTO. M. S. SUMMAE DIANA,
Rquam non sine multa delectatione per-
curri. Inueni namque fidelem & inte-
gram: non mutilam, non redundantem; concinna
methodo breui ac dilucide stylo comp̄ositam, & o-
mnino qualem desiderabam. Quapropter meorum
operum studioris non mediocriter auguror placi-
turam. Ego vero me tibi multum debere confiteor,
qui multis genitae eruditionis refertum ingenium, &
majoribus aptum studiis, meis illustrandis operi-
bus impendere non resuscaveris, &c.

DIANTONIVS. DIANA.

De tuo ianuarii suffragio post Dianæum augu-
rius, amice Lector, non dubitabam: etiam si post
vulgatum intentum eam sitim, quæ mihi sæpè
rubori fuit, non ostendisses. Sed nec multum
fuissem de eo sollicitus, ubi semel opus illi pla-
cuerat, cui ut obtemperarem, hos labores in-
sumpsi. Hæc habui, quæ te hoc loco monerem.
Reliquum est, ut tuo Diana commodius fruaris,
& me tuæ commoditati studeptem amare per-
gas... Vale...

SE-